



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

Anno Quinto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ne, & sufficienter expressis, & ad verbum infertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsi præsentibus, si fo- rent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Sept. MDCCIV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

LI.

Deputantur Abbas Gen. Visitatores, & Defini- tores Congregationis Monachorum Vallis Umbrosæ, cum Statuto spectante ad Visitationem Monasteriorum Majoris Observantia.

*Constitutiones hujus Congregationis extant Conf. ed. 1604. Mar. 15. P. 4. ubi agitur de Majori Observantia. Et Conf. ed. 1713. Sep. 28. P. 13. conceduntur Congregationi plurima privilegia.*

Dat. 11. Dec.  
1704. An. 5.

## C L E M E N S P A P A XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

Cause pre- sentis Con- stitutionis.

Deputatio Generalis Visitatorum, &amp; Definito- rum ac ex- tentio suo- rum officio- rum ultra so- litum tem- pus.

Mandatum pro execu- tione d. Depu- tationis.

Prospéro, fælicique Congregationis Vallis Umbrosæ Monachorum Ordinis S. Benedicti regimine, & gubernio, quantum nobis ex alto conceditur, providere cupientes, ac de infracriptorum ejusdem Congregationis Monachorum expresse professorum fide, prudenter, charitate, integritate, vigilantia, solertia, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alii que Ecclesiastici sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss., si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris deque Apostolica potestatis plenitude dilectos filios Gregorium Bartoli in Abbatem Generalem, ac Silvanum Caranzi, Columbinum Bassi, Laurentium Poltri, Virgilium Falugi, Angelum Mariam Seraphini, Mercurialem Prati, Inno- centium Rosetti, & Joannem Aurelium Casati in Diffinitores, ac Ricciardum Berti, & Joannem Jacobum Caleppi Congregationis prædictæ Monachos expresse professos in Visitatores respective ejusdem Congregationis non modo usque ad Dominicam tertiam post Pascha Resurrectionis Dominicæ proxime venturum, qua Capitulum Generale ipsius Congregationis convocari solet, sed etiam inde ulterius ad tempus solitum, quo ejusmodi officia juxta Regularia memorata Congregationis Instituta per Sedem Apostolicam confirmata durare confuerunt, cum omnibus, & singulis prærogativis, præminentibus, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & Indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & confuetis tenore præsentium constituimus, & deputamus.

§. 1. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, alii que arbitrio nostro imponendis pœnis omnibus, & singulis supradictæ Congregationis Superioribus Monachis, & personis, ceterisque ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut suprannominatos Monachos ad officia eis respective per præ-

fentes demandata, illorumque liberum exercitum juxta earumdem tenorem præsentum recipiant, & admittant, illosque recognoscant, & illis omnibus, quæ ad officia hujusmodi pertinent, faveant, & assistant, pareantque, & obedient respective. Præterea auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus Abbas Generalis pro tempore existens memorata Congregationis occasione Visitationis Monasteriorum majoris Observantia, & exactioris vita Communis ejusdem Congregationis pro eadem Visitatione, & examine præter duos Visitatores, & Secretarium etiam Abbatem pro tempore existentem Monasterii S. Mariae ejusdem Vallis Umbrosæ, sive S. Joannis Gualberti de Valle Benedictæ alternatim una cum Priore alterutrius Monasteriorum hujusmodi adhibere, iisque peracta Visitatione prædicta fidem, & sinceram relationem proprio charactere subscriptam circa eamdem vitam communem, ejusque progressum ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiae Prælatorum super disciplina Regulari specialiter deputatorum sub pœnis itidem arbitrio nostro infligendis quanto citius transmittere teneantur.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore suoque plenarios, & integrorum effectus fortiri, & obtinere, ac Monachis supra nominatis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis Vallis Umbrosæ, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboris Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolici in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum infertis habentes; illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XI. Decembr. MDCCIV. Pontificatus nostri anno Quinto.

Declaratur, jus visitandi Parochiales Ecclesiæ Regularium in Insulis Philippinis competere Locorum Ordinariis.

*De Confessariis Regularibus ab Ordinario appro- bandis extat Inn. XII. Conf. ed. 1698. Sep. 6. P. 8. Et Inn. XIII. Conf. ed. 1722. Aug. 26. P. 2. agitur de ingressu Parochorum in Ecclesiæ Regularium.*

## C L E M E N S P A P A XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

LII.

Dat. 30. Jan.  
1705. An. 5.

Cum sicut Venerabilis Frater modernus Ar- chiepiscopus Manilan. Nobis nuper exponi fecit, dilecti filii Fratres Ordinum Prædicatorum, Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Eremitarum Sancti Augu-

stini,

Lis inter Re- giosos, & Ordinarios dd. Infilarum de Visitatione Ecclesiæ Regularium Parochialium.

ANNO

1704.

&amp; 1705.

Statutum de ratione vi- tandi Monas- teria, & re- latione tran- smissa ad Congrega- tionem super Discipl. Reg.

Clauſulæ.

ANNO  
1705.

CLEMENS UNDECIMUS.

449

ANNO  
1705.

Preces Ar-  
chiepiscopi  
Manilan.

Declaratio  
pro Ordina-  
riis Loco-  
rum, & man-  
datum, ne  
dd. Religio-  
fi Parochias  
dimittant.

Clauſulae.

Rini, nec non Clerici, seu Presbyteri Regulares Societatis Iesu ordinariam Visitationem in septingentis, & amplius Parochialibus Ecclesiis, seu (ut vocant) Doctrinis, quas in Diocesi Manilan., & aliis Insularum Philippinarum Episcopatibus regant, & respective exercent, admittere renuant, seque potius animarum curam, dicasque Parochiales Ecclesiæ deferere, quam sece Visitationi predicta subjicere velle declarant, plura scandala, & absurdâ exorta, inde vero plura scandala, & inconvenientia cum neglectu Constitutionum Apostolicarum, ac Decretorum Concilii Tridentini, exoriantur, ac proinde ipse Archiepiscopus de opportuno desuper remedio a Nobis provideri plurimum defideret. Nos ejusdem Archiepiscopi votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliquis Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissim, si quibus quomodolibet innoclatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie abolventes, & absolutum fore censemtes, supplicationibus corum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de nonnullorum ex Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus dicti Concilii Tridentini Interpretibus super hoc negotio a Nobis specialiter Deputatorum, qui Fratrum, & Clericorum, seu Presbyterorum Regularium prædicatorum Procuratorem citatum, & informantem super præmissis audiverunt consilio, jus visitandi Regulares in iis, quæ concernunt euram Animarum, ac Sacramentorum administrationem Archiepiscopo Manilan., aliquis Episcopis in Insulis Philippinis existentibus competere, nec eodem Regulares Parochias, seu Doctrinas, de quibus agitur sub censuram, amissionis bonorum, aliquis arbitraris penis, dimittere posse, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, & declaramus.

¶. 1. Decernentes pariter easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicut in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignanter contigerit attentari.

¶. 2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Ordinum, & Societatis præfatorum, aliquis quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanens ad præmissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

¶. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscripsi, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Rome apud S. Petrum sub annulo

Piscatoris die XXX. Januarii MDCCV. Pontificatus nostri anno quinto.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc., & Reg. approbans divisionem Provinciae S. Antonii in Regno Portugallie Fratrum Min. Reformat. in duas sub certis conditionibus.

Conf. ed. 1702. Sep. 15. P. 2. extat dismembratio Canobiorum a Provincia S. Petri de Alcantara Regni Neapolis. Et Conf. ed. 1709. Mar. 8. P. 9. agitur de divisione Provinciae S. Didaci Pa- piens.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 24. Apr.  
1705. An. 5.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Ministeri Provincialis, & Superiorum Provinciae Sancti Antonii in Regno Portugallie Ordinis Minorum S. Francisci de observantia Reformatorum nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposte exposito, quod cum ipsa Provincia numerus Conventum, & Religiousorum notabiliter auctus reperiretur, prædicti eius Religious ob locorum distantiam, & ardua itineria multa patiebantur incommoda, ac inter eos continua dissensiones, lites, gravissimæque inordinationes oriebantur, ac priuide, his, aliquis inconvenientibus in Capitulo Provinciali Provinciae prefata quod die 16. Januarii 1694. in Conventu S. Antonii loci de Castagneira celebratum fuit, consideratis, de eadem Provincia in duas dividenda, si ad id hujus Sanctæ Sedis licentia accederet, illam approbante, & confirmante tunc existenti Ministro Generali dicti Ordinis, qui in eodem Capitulo Præsidentis munere fungebatur, deliberatum fuerat, subinde vero eadem divisio, repartitis per tres Religious qualificatos Conventibus, ac tredecim ex eis uni, totidemque alteri sic de novo erigendis Provinciis assignatis, in Capitulo Generali Mense Junii ejusdem anni in Oppido Civitate nuncup. Victoriae itidem celebrato, a Discretorio, dicto Ministro Generali, & Definitorio Generali ibidem congregatis iterum approbata, ac novissime nempe die 17. Februarii 1703, eadem divisio altera vice proposita in Capitulo Provinciali in prædicto Conventu convocato, prævia reformatione circa aliqua pacta, plenis votis, & nomine discrepante cum conditionibus in eodem Capitulo stabilitis acceptata fuerat. Et in eadem expositione subiuncto, quod cum prædicta Cardinali Congregatio ad Venerabilem Fratrem Michael Angelum Archiepiscopum Tharsen in Portugallie, & Algarbiorum Regnis nostrum & Apostolicæ Sedis Nuntium pro informatione super dicta divisione scripsisset, prædictus Michael Angelus Archiepiscopus, & Nuntius transmisserat ad ipsam Congregationem Cardinalium una cum sua informatione conditions sequentes.

Primo videlicet, ut Provincia Ulyssiponensis proprium nomen Sancti Antonii retinere, altera vero sic de novo erigenda Provincia conceptionis de Bera, & Migno nuncupari, ac Convenienti sigillo sui deberet.

Secundo quod expensæ pro expeditione præsentium literarum ab utraque Provincia pro æquali portione fierent.

Tertio ut eleemosynæ communes ordinariae nuncupatae, quas Charissimus in Christo filius Petrus Portugallie, & Algarbiorum Rex pro sua Regia pietate singulis annis Provinciae supradictæ facere solet, æqualiter dividerentur, itaut Provinciae erigendæ illa pars obveniret, quæ ad quemlibet suorum Conventuum spectabat.

Causa divi-  
sionis pred.  
a Capitu-  
lis Provin-  
cialibus 1694.  
1703. & Ge-  
nerali 1694.  
necnon Nun-  
cio Apo-  
stoli-  
co approba-  
tae.

Conditiones  
sub quibus  
divisio fieri  
debebat.

Quarto ut suffragia pro Religiosis defunctis, qui professionem ante perventam divisionem emisissent, ab utraque Provincia per solvereantur, ac dies eorum obitus per literas notificari deberet, prout de praesenti fieri solet.

Quinto in Conventu supradicto S. Antonii Ulyssiponensis, duæ Cellæ assignatae erunt pro duobus Religiosis Procuratoribus novæ Provinciæ erigendæ hujusmodi, quotiescumque eos ad prædictam Civitatem pro ipsis Provinciæ negotiorum expeditione accederet contigisset.

Sexto liceret unicuique ex Religiosis alterutram ex dictis Provinciis intra sex Meses a die conclusionis dictæ divisionis incipere eligere.

Septimo ex duobus Conventibus, qui in districtu loci de Maragnon nempt de Gran Para, & præfati de Maragnon locorum respective nunquam sunt primidictus ad Ulyssiponem, alter vero ad Conceptionis prædictæ, Provincias respective spectabunt, hac tamen conditione, quod præfatus Conventus dicti loci de Maragnon Religiosos Provinciæ Conceptionis erigendæ hujusmodi eo tempore, quo inibi Hospites erunt charitable excipiunt, parique charitate ab altero Conventu ejusdem loci de Para excipientur Religiosi Provinciæ Ulyssiponensis præfatae, & ibidem curabuntur, si eos aliqua infirmitate tempore Missionum corripi contingat, Missiones vero hujusmodi inter Fratres utriusque Provinciæ æqualiter dividantur.

Octavo repartitio Conventuum sic fiat, scilicet, ut relictis Provinciæ Sancti Antonii omnibus illis Conventibus, qui usque ad Oppidum, seu locum de Cantagueda inclusive siti sunt, nova fundatio Conventus de Figueiro de Campo nuncupatur, ceterique alii Conventus, qui a Serem, & Vizeu usque ad flumen Mignum reperiuntur ad novam Provinciam Conceptionis predictam spectare debeant, Collegii autem Colimbreni, licet illius gubernium in solidum penes Provinciam Sancti Antonii remaneat, dicta nova Conceptionis Provincia usum habeat, hac forma nempt, quod in ipsum Collegium Collegiales utriusque Provinciæ æquali numero admittantur, & indistincte tractabuntur, prout hactenus observatum fuit, deficientibus vero eleemosynis pro illius sustentatione utraque Provincia pro rata juxta Religiosorum numerum in eo commorantium illas subministrabit. Lectores artium alternativi, Theologiae vero de Prima, & Tertia juxta antianitatem uniuscujusque, itaut qualibet Provincia Lectorem suum semper habeat, constituantur.

S. i. Præterea si nova Provincia Conceptionis prædicta aliquem situm pro construendo Dormitorio, alisque sibi necessariis commodum inveniret, conque posset, Divina autem officia in eadem Ecclesia, & Sacrario peragi, & aula pro actibus literaris, prout de praesenti fit, & perinde ac si omnes sub eadem Provincia uniti essent, uti debeant, & quatenus nova Provincia Conceptionis hujusmodi ad eum statum perveniret, habendi Collegium separatum, utriusque Provincia Superioris inter se circa necessarias provisiones concordare curabunt.

S. 2. Ac proinde quo quies, & unio inter prædictos Fratres conservaretur, eidem Congregationi pro parte dictorum exponentium supplicato, ut divisionem hujusmodi cum conditionibus prædictis, & in novissimo Capitulo Provinciali (ut prefertur) acceptatis, confirmaret, & approbaret, emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attenta relatione Nuntii Apostolici apud Serenissimum Lusitanie-

Regem residentis, referente Eminentissimo S. Clementis, censuit indulgendum, prout praesentis Decreti vigore benigne indulget confirmationi divisionis præfatae Provinciæ cum conditionibus expressis, & approbatis in proximo prædicto Capitulo Provinciali, ita tamen, ut effetum non habeat, nisi completo regimine Provincialis electi in eodem Capitulo. Romæ 18. Aprilis 1704. G. Cardinalis Carpinius. Loco + Sigilli. N. Grimaldus Secr.

S. 3. Cum autem, sicut prædicti Fratres Provinciæ erigendæ hujusmodi Nobis nuper exponeretur, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolice confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoluatas fore carentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsertum auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmatatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis Cardinalium hujusmodi.

S. 4. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, quoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragati, & ab eis respective inviolabilitate observari: Sicut in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquaque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus est Ordinis, & Provinciæ Sancti Antonii hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robora Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robre permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specifieret, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XXIV. Aprilis MDCCV. Pontificatus nostri anno Quinto.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum de facultate celebrandi Missam de B. M. V. singulari Sabbathi pro Fratribus Minoribus Discalci. Provinciæ Mexicanæ.

Hac facultas concessa fuerat Provincia Bethiae Conf. ed. 1704. Feb. 13. P. 4.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

E Manavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardina-

lium

ANNO  
1705.

CLEMENS UNDECIMUS.

451

ANNO  
1705.

lum Sacris Ritibus Praepostorum ad supplicatio-  
nem dilecti filii Iosephi de Sotomayor fratri ex-  
presse Professi, ac Proministri Provincialis Provin-  
cia Mexicanæ Ordinis Minorum S. Francisci de  
Observantia Excalceatorum nuncupatorum, De-  
cretum tenoris, qui sequitur videlicet: Mexica-  
na. Ad humillimas preces Sanctissimo Domino  
Nostro Clementi PP. XI. a Patre Iosepho de Sot-  
omayor Ordinis Excalceatorum Sancti Francisci,  
& Provincia Mexicanæ Proministro porrectas a  
Sanctitate Sua ad Sac. Rituum Congregationem  
remissas, & ab Eminentissimo, & Reverendissimo  
Domino Cardinale S. Clementis relatas: Sac. ea-  
dem Rituum Congregatio gratiam alia sub die  
13. Augusti anni 1701. eidem Ordini Provincia  
Barthicae imparitam extendendo, benigne indul-  
xit, atque concessit, ut in Ecclesie Ordinis præ-  
dicti Excalceatorum S. Francisci Provincia Mexicanæ  
qualibet die Sabbati per annum non impedi-  
ti officio duplice primæ, & secundæ Clasæ, ex-  
ceptis Sabbato Sancto, Sabbatis infra octavam  
Resurrectionis Domini Nostri, & Pentecostes, &  
Vigilia Nativitatis Domini, si in Sabbatum in-  
cidet, non omisa Conventuali, unica etiam  
Missa Votiva de Beata Maria Virgine celebrari  
possit, & valeat. Die 4. Aprilis 1705. G. Cardi-  
nalis Carpineus. Loco † Sigilli. B. Inghirami Sac.  
Rit. Congr. Secr.

Preces Pro  
ministri Pro  
vincialis. +

Confirmatio  
ne relati De-  
creti.

Clausulae.

§. 1. Cum autem, sicut prædictus Josephus  
Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hu-  
iusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius  
Apostolica confirmationis nostræ patrocinio com-  
muniri plurimum desideret: Nos ipsum Josephum  
specialibus favoribus, & gratis prosequi volen-  
tes, & a quibusvis excommunicationis, suspen-  
sionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis senten-  
tias, censuris, & penitentiis a Jure, vel ab homine,  
quavis occasione, vel causa latis, si quibus quo-  
modolibet innodatus existit ad effectum præsen-  
tium dumtaxat consequendum harum serie absolventes,  
& absolutum fore censentes, supplicationibus  
eius nomine Nobis super hoc humiliter por-  
rectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate  
Apostolica tenore præsentium confirmamus,  
& approbamus, illique inviolabilis Apostolica  
firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in  
præmissis auctoritate memorata Congregationis  
Cardinalium.

§. 2. Decernentes eadem præsentes literas  
semper firmas, validas, & efficaces existere, &  
fore, suosque plenarios, & integros effectus  
fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat,  
& pro tempore quandocumque spectabit in om-  
nibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque  
in præmissis per quocumque Judices Ordinarios,  
& Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici  
Audidores, judicari, & definiri debere; ac irri-  
tum, & inane si secus super his a quoquam qua-  
vis auctoritate scienter, vel ignoranter contige-  
rit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariais  
quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pif-  
fatoris die VIII. Maii MDCCV. Pontificatus no-  
stri anno Quinto.

L.V.

Confirmatur Decretum Congregationis Epis., &  
Reg. de non immutando habitu, & Breviario  
Congregationis Præmonstratensum Hispania-  
rum.

Hoc Decreto decernitur non esse executioni mandan-  
dam Constitutionem ed. 1703. Feb. 8. P. 3. Et  
Inn. XIII. Conf. ed. 1724. Feb. 9. P. 3. con-  
ceditur facultas recitandi Officia Sanctorum pro-  
priorum juxta Ritum Breviarii, & Missalis Ro-  
mani.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

E Manavit nuper a Congregatione Venerabi-  
lium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardina-  
lium negotiis, & consultationibus Episcoporum,  
& Regularium præpositi in causa prætentæ com-  
mutationis habitus, & officii inter dilectos filios  
Canonicos Regulares Congregationis Præmon-  
stratensum Hispaniæ ex una, & modernum Pro-  
curatorem Generalem Ordinis Præmonstraten-  
sum Galliæ etiam, nonnulloq[ue] Religiosos ejus-  
dem Congregationis Hispaniæ ex altera partibus  
vertente Decretum tenoris, qui sequitur, vide-  
licet. In Causa Hispaniarum prætentæ commu-  
nationis habitus, & officii vertente inter Con-  
gregationem Præmonstratensum Hispaniæ ex  
una, & Procuratorem Generalem Ordinis Præ-  
monstratensum Galliæ &c. & nonnullos Patres  
ejusdem Congregationis Hispaniæ partibus ex  
altera, Sacra Congregatio Eminentissimorum, &  
Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium nego-  
tiis, & consultationibus Episcoporum, & Re-  
gularium præposita, ad quam Sanctissimus Do-  
minus Noster preces ejusdem Congregationis Præ-  
monstratensum Hispaniarum remisit, mature per-  
penitus Brevibus B. Pii V. san. mem. Gregorii  
XII., Clementis VIII., & Urbani VIII., & Re-  
solutionibus ipsius Sacrae Congregationis alias em-  
anatis super eadem prætentæ mutatione habitus,  
re discussa in ipsa Sacra Congregatione fa-  
vore memorata Congregationis Hispaniarum nec-  
non Statutis primæ Ordinis Præmonstraten-  
sum, & Constitutionibus prædictæ Congregationis His-  
paniæ, habitaque opportuna Informatione Bre-  
vis san. mem. Innocentii XII. ad instantiam non-  
nullorum Religiosorum prefatae Congregationis  
Hispaniarum expediti, atque attente considerato  
Brevi motu proprio a Sanctitate Sua die 8. Fe-  
bruarii 1703. concessio, mutationem habitus, &  
Breviarii in eadem Congregatione Præmonstraten-  
sum Hispaniarum deferri, & recitari respe-  
ctive confueti demandante, Partibus hinc inde  
informantibus, referente Eminentissimo S. Cle-  
mentis, censuit, ac decrevit, si eidem Sanctissimo  
Domino Nostro placuerit, prefatum Bre-  
ve a Sanctitate sub dicta die 8. Februarii 1703.  
concessum, non esse execendum Romæ 30. Ja-  
nuarii 1705. Et die 7. Februarii dicti anni, fa-  
cta super præmissis relatione eidem Sanctissimo  
Domino Nostro, Sanctitas Sua prædictæ Sacra  
Congregationis sententiam benigne approbavit,  
prædictumque Breve executioni non demandari  
jussit. Romæ &c. Cardinalis Carpineus, J. F. Gri-  
maldis Secr.

§. 1. Cum autem, sicut pro parte dilecti fi-  
lli Joannis Arevali Canonici Regularis expresse  
professi, ac Procuratoris dictæ Congregationis  
Hispaniæ Nobis subinde expositum fuit, ipse De-  
cretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur  
exactius, Apostolica confirmationis nostræ pa-  
trocinio communiri plurimum desideret, Nos ip-  
sum Joannem specialibus favoribus, & gratis pro-  
sequi volentes, & a quibusvis excommunicationis,  
suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis senten-  
tias, censuris, & penitentiis a Jure, vel ab homine,  
quavis occasione, vel causa latis, si quibus quo-  
modolibet innodatus existit ad effectum præsentium  
dumtaxat consequendum harum serie absolventes,  
& absolutum fore censentes, supplicationibus eius  
nomine Nobis super hoc humiliter porrectis incli-  
nari, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica  
tenore præsentium approbamus, & confirmamus,  
illique inviolabilis Apostolica firmitatis ro-  
bur adjicimus, salva tamen semper in præmissis au-  
toritate memorata Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes eadem præsentes literas

Dat 30. Maii  
1705. An. 5.

Decretum  
prædictum quo  
statuitur,  
non esse ex-  
ecutioni man-  
dandum Con-  
stitutionem  
ed. 1703. de  
mutatione  
Habitus, &  
Breviaris.

Confirmatio  
ne relati De-  
creti.

Clausulae.

Pp. 4 semper

semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observarit: sicut in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Caifarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentur ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXX. Maii MDCCV. Pontificatus nostri Anno Quinto.

## LVI.

Conceditur facultas mittendi Discretum, & Juvenes Provinciae Aquitanie Antiquioris Ordinis S. Francisci de Observan. ad Cœnobium Parisiense.

*Pro restituzione hujus facultatis a Clem. X. edita fuit Conf. ed. 1672. Oct. 18. Et hujus Pontificis Conf. ed. 1708. Dec. 18. P. 9. præcipitur executio Constitutionis Clem. X.*

Dat. 18. Sept.  
1705. An. 5.

## CLEMENS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

**E**xponi nobis nuper fecit dilectus filius Philippus Faure Exdissimitor Generalis, & Minister Provincialis Provinciae Aquitanie Antiquioris Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod a nonnullis annis per quoddam fel. rec. Clementis PP. X. Prædecessoris nostri desuper in simili forma Brevis expeditas literas ad instantiam tunc existentes Ministri Provincialis dictæ Provinciae nomine Joannis Jourdain prohibitum fuit, ne Discretus, & Studentes ejusdem Provinciae ad Magnum Parisiensem Conventum dicti Ordinis amplius mitterentur, eo quod Regularis Observantia in illo minime vigeret, indeque timerebatur, ne ad Provinciam prædictam transactis Studiis redeentes ab ipsa Regulari Observantia aliquo modo declinarentur.

§. 1. Cum autem sicut eadem exposicio subjungebat, reformatio in prædicto Conventu Parisiensi, a tunc pariter existente Ministro Generali Ordinis prædicti introducta fuerit, necnon ibidem Regularis Observantia hujusmodi de præsenti vigeat, cestetque proinde talis prætextus, neque simile periculum amplius sit timendum, ac propterea dictus Philippus Exdissimitor Generalis, & Minister Provincialis Provinciam prædictam in suum Jus, quo ante emanatas literas predicas pacifice, & absque ulla controversia fruebatur, restitui, eique facultatem mittendi Discretum, & Studentes more solito ad eundem Conventum Parisiens. concedi plurimum defideret, & pro Juris hujusmodi restituzione a prædicto Clemente Prædecessore alia itidem in

forma Brevis literæ die 18. Octobris 1672. expedita ob legitima tamen impedimenta executioni demandata minime fuerint. Nos ipsius Philippi Exdissimitoris Generalis, & Ministri Provincialis votis has in re, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss., si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie abstinentes, & absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti etiam filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis audiverunt, consilio, Superioribus Regularibus, ad quos ceteroqui juxta præscriptum ejusdem Ordinis Constitutionum pertinet, ut Discretum, & Juvenes ad præsum Conventum Parisiens, prout ante primordiarum in forma Brevis literarum expeditionem confuerant, Studiorum cana mittere possint, & vealent, facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & impartimur.

§. 2. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiriri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: Sicutque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Caifarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Septembri MDCCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

A Clem.  
X. vetitum  
fuit, ne præ-  
dicti ad Coe-  
nobium Par-  
isiens. amplius  
mitterentur,

Rationes,  
& preces  
Provincialis  
pro restitu-  
tione d. fa-  
cultatis.

Mandatur Provinciali Fratrum Minorum Discalceatori, Provinciae Mexican., quod juri præcedendi Fratribus Eremitis S. Augustini absque consensu Discimitorii, & Discretori nuncium remittere nequeat.

*Hujusmodi jus concessum fuit ab Innoc. XII. Conf. ed. 1700. Apr. 3. P. 9. Et postea confirmatum ab hoc Pontif. Conf. ed. 1702. Novem. 24. P. 3. Et Conf. ed. 1714. Oct. 6. P. 14. agitur de primatu inter Fratres Clericos, & Laicos Provinciae Batice.*

Dilecto Filio moderno, & pro tempore existenti Ministro Provinciali Provinciae S. Didaci Mexican. Ord. Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum.

## CLEMENS PAPA XI.

*Dilecte fili Salutem, & Apostolicam benedictionem.*

**C**UM sicut dilectus filius Isidorus a Jesu verbi Dei Predicator, & Procurator Provincialium SS. Josephi, Joannis Baptiste, & Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Hispaniarum Nobis nuper exponit, alias ad favorem Fratrum Provinciae Sancti Didaci Mexican. a fel. rec. Innocentio PP. XII. Prædecessore nostro die 14. Junii 1700. emanauit in simili forma Brevis Literæ expeditæ con-

Dat. 12. Dec.  
1705. An. 6.

A quo Pon-  
tifice conce-  
sum, & con-  
firmatum  
fuerit hujus-  
modi jus  
præcedendi.

firmatoria

## LVII.

Concessio  
præd. Facili-  
tatis.

Clausulz.